



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. De Impedimentis Matrimonij in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

In posterioribus juribus magis declaratus, vel etiam correctus (quod certissimum est, de correctione Juris Civilis ex diuturna v. g. annorum absentia, mortem præsumentis, & ad secunda vota transitum concedentis) vel de casu quodam loqui, ubi tantum præjudicium non inferitur, si ad alia vota conceditur transitus. Quando autem moralis certitudo habeatur, si testes sufficientes de visu deponentes non adsint, ex pluribus circumstantiis à prudenti judicio Judicis Ecclesiastici dependet, & desumi potest.

§. III.

An & quo jure Matrimonium sit indissolubile?

Matrimonium semel legitime contractum indissolubile esse quoad vinculum, non quidem jure naturæ, sed jure naturali Divino, probatur etiam ex c. *Unico de voto in 6. & ex Trident. sess. 24. de sacram. Matrimon. & ex Evangelista Matthæo, 19.* exigente hanc indissolubilitatem, non tantum prolis generatione, sed vel maxime bonâ prolis educatione; omnimodam tamen indissolubilitatem consummati Matrimonij inter fideles baptizatos, præceptum Christi etiam probat, prohibentis *Matth. 19.* ne separet homo, quod DEUS conjunxit, & *Marci 10. v. 11.* absolute dicentis, adulterium committere, qui dimiserit uxorem, & aliam duxerit.

☛(O)☞

§. IV.

An & quibus modis dissolvatur Matrimonium ratum, & non consummatum.

Quod per professionem religiosam dissolvatur etiam quoad vinculum, ratum Matrimonium, nondum tamen consummatum, ex *Tit. 32. prioris Libri Decret.* patet; quod autem per dispensationem Pontificis matrimonium ratum, nondum consummatum, inter fideles dissolvi quoad vinculum possit, negant quidem multi, plures tamen, & communior affirmat, & ex praxi, ac factis Summorum Pontificum probatur, tum quod Matrimonium ratum non omnimodam insolubilitatem Christi cum Ecclesia significet, sed Christi cum anima tantum fidei, quæ sæpius per peccatum dissolvitur; prout habetur ex c. *1. Debitum 5. de bigam. non ordinand.* tum quod indirecta in jure Divino dispensandi potestas videatur Pontifici necessaria ob bonum totius Ecclesiæ.

SECTIO VI.

De Impedimentis Matrimonij.

§. I.

De Impedimentis Matrimonij in genere.

Impedimenta Matrimonij sunt in duplici differentia, alia dicuntur impedientia tantum, quæ impediunt, quo minus licitè, non tamen quo minus valide

○○○○ 3

lidè

lidè matrimonium contrahatur, alia dicuntur dirimentia, non quòd Matrimonium semel validè contractum, si illi superveniant, dirimant, sed quia impediunt, ne validè Matrimonium contrahatur. Talia impedimenta statuere, sive impediencia illa sint, sive dirimentia, inter fideles posse Ecclesiam, seu Summum Pontificem, ex justa causa, ex Trident. sess. 24. de sacram. Matrim. can. 3. & 4. patet, non quidem quòd immutare possit materiam, & formam hujus Sacramenti, sed quòd contractum humanum irritum faciendo impediatur, ne contractus talis sit Sacramenti hujus Materia; aut personas aliquas, ex justa causa inhabilet ad contrahendum Matrimonium. Et quamvis, seclusis Ecclesie constitutionibus, quilibet etiam Laicus Princeps, qui potestatem habet ferendi leges, impedimenta talia pro suis subditis constituere posset, cum matrimonium sit contractus civilis, eorum directioni, & potestati non minùs subiectus, quam sint alij contractus civiles, quia tamen ad dignitatem Sacramenti contractus hic inter fideles elevatus est, consequenter Ecclesia sibi reservavit impedimenta statuendi potestatem, ita tamen, ut consuetudo legitimè introducta talia juris Ecclesiastici impedimenta iterum abrogare possit.

§. II.

De quibusdam impedimentis Matrimonij contrahendi in specie, de quibus agitur in hoc Titulo.

Potissima Titulorum hujus Libri materia est, explicare impedimenta Matrimonij. Sunt tamen aliqua, de

quibus in Specie hoc Titulo mentio fit & quidem hoc in §. generalia quædam de impedimentis asseruntur. Primum quidem quòd unius etiam testimonium de illicito concubitu, qui affinitatis radix est, non persona aliqua, habito, affinitatis impediatur, quòd minùs validè matrimonium cum hac persona ab eo contrahi possit, qui in secundo saltem gradu sanguineus est, illi, qui illam copulam habuit cum persona tali c. p. terea. 12. h. t. & c. super eo. 22. de testibus quia in tali casu agitur de peccato mundo, ad quod unius etiam testimonium (cæteris paribus) sufficit, modò talis, ut testis, deponat, & non tantum denuntiet; juret etiam; & non tantum de auditu deponat; nec sit vitiosa persona.

Secundò si fama sit impedimenti inter eos, qui contrahere volunt, innotuerit, & fama plenè probetur in publico judicio, vel notoriè de ea constet, sufficit ea ad impediendum Matrimonium ne contrahatur. c. Cum in ius 27. nisi contraria probatio, quæ contra hanc assertur, fortior sit probatione famæ, & hanc elidat. c. l. de V. famam. Ad quam elidendam adducitur etiam juramentum Coniugatorum contra famam negantium, ut hos consanguineos esse, si tamen per Judex, personas tales esse, quæ ad probandum admitti possint, cujus vitio res hæc permittitur.

Tertid, quòd lite pendente super pro re Matrimonio, illicitè quidem contrahatur, qui lite taliter pendente contrahatur, si tamen postmodum appareat, nullum fuisse prius matrimonium, potest & de